

C. 2. DE TIBIIS VET. 341
fluminis, cum Ovidius lib. 6. Meta-
morph. scribat Marsyam ab Apolline in
fluvium mutatum nomen aquis dedisse:

*Inde petens rapidum ripis declivibus
æquor,*

*Marsya nomen habet Phrygiæ liqui-
dissimus amnis.*

Non aliud denotat *Nasonis* dirum in I-
bin votum:

*Nudaque direpta pateant tua viscera
pelle*

*Ut Phrygii, cuius nomina flumen
habet.*

Hic amnis haud procul à Mæandri fon-
tibus oriens, in Mæandrum cadit, teste
Livio lib. 38. *famaque ita tenet, inquit,*
Celænis Marsyam cum Apolline Tibia-
rum cantu certasse. Ad rem Lucanus
Pharsal. lib. 3.

*Lugent damnatæ Phæbo victore Ce-
læna:*

*Qua celer erectis descendens Marsya
ripis*

*Errantem Mæandron adit, mistusque
refertur.*

P 3 CA-